

ciam accedant, in qua qui cingulum habet, est: mittere ad eum amicabilem epistolam volentem officium⁵ destinari ad occurrencem ejus: et usque tunc annos accipere in cingulo existente et gubernante eum: et non ex codicillis singuli judicare tempus, neque præceptis tua sedis: sed ex quo (sicut dictum est) in provinciam ipsam accesserint, illius accipere republica emolumenta⁶: usque tunc eum qui in rebus extitit, ea percipere, et alium omnium nullum. Non enim possibile neque portable est omnino, sine⁷ judge relinquere provinciam, statuo quidem quasi aliquo ab eo qui a nobis ordinatus est, ut ejus implet locum, homine forsitan non habente experimentum: illum vero qui in ipsis operibus est, et discende de provincia antequam adveniat tempus, et fraudulenti emolumenatis que eum accipere oportet, donec deponat cingulum. Deponet autem id, dum successor accesserit in provinciam, ante duos solum dies quam provinciam ille ingrediatur.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuque tradere festinet. — Dat. kal. nov. CP., imp. DN. JUSTIN. P. P. Aug. anno 13, APPIONE V. C. CONSULE.

TIT. IX.

DE AEQUALITATE¹ DOTIS, ET PROPTER NUPTIAS DONATIONIS: ET AUGMENTO DOTIS, ET ANTE NUPTIAS DONATIONIS: ET DE PRIVILEGIO DOTIS, QUIA ALIIS PRÆPONETUR PRIVILEGIIS: ET UT EXCIPIANTUR HOC PRIVILEGIO CREDITORES IN EMMPTIONE MILITIAE: ET DE DOTE REMEANTE AD PATREM, ET RURSUS DATA PRO EADEM FILIO SECUNDO VIRO: ET DE DOTIS COLATIONE, INOPÉ MARITO MORIENTE.

NOVELLA CONSTIT. XCVII.

DE EXECUTORIBUS, ET DE IIS QUI CONVENIUNTUR ET RECONVENIUNTUR.

NOVELLA CONSTIT. XCVI.

Imperator JUSTINIANUS AUGUSTUS Joanni gloriosiss. per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli ordinario et patricio.

PRÆFATIO.

Quoniam plurimas in legibus questiones videmus et circa primas nostras nativitates, (id est nuptias, et filiorum procreations) motas, et circa novissima, quale est aliud voluntatum et testamentorum: cogitatio facta est nobis nuper perscrutari et agnoscere, quid volens nobis antiqua lex super dotis instrumentis, mensuram quidem pactum nuptiarum inter alteratos aquam et masculos et feminas vult, et aequalitatem pensat eorum, qui ad invicem copulantur: non alii quidem medium forte dat stipulari partem, alteri vero tertiam, aut quartam: sed ex medio trahens, aequaliter utrinque exigit fieri pactum, aut medium, dicimus, in utroque constituens, aut tertiam, aut quartam, aut quantamcumque contrahentes voluerint: hoc autem non multo prius quesivit, ut et ipsorum quæ dantur, aquæ sint mensurae: sed alii quidem permisit in mille forsan, aut in duobus millibus aureis facere rationem, aut in quantuncumque voluerint: alii autem non [in] tantum, sed in minus: ut aequalitas in verbis solis, et literis puris, sed non in rebus ipsis quereretur.

CAP. I. De in jus vocando: vel ut actor caveat de contestanda lice intra duos menses.

Ne¹ igitur haec jugiter committantur: sancimus non aliter actores libellos dirigere et damni occasionem præbere, conveniens, antequam cautionem exponant et in fugientibus, et in negotiis executorem, quia intra duos menses omnibus modis litis contestationem facient apud judicem; aut si non egerint, omne² damnum eveniens convenio restituunt duplex, non transcendentie cautione tringinta et sex aureos.

CAP. II. De his qui conveniuntur et reconveniuntur³.

Illi quoque præmereri competentem correctionem decet. Adiit nos quidam docens, quia in conventionem fecit obligatum sibi apud quendam gloriostissimum nostrorum judicem: deinde qui factus est in conventione tanquam etiæ actorem obligatum habens, cum apud alium traxit judicem: et aliud inopinabile fiebat: quia enim uterque scorsum actoris obtinet officium, miserandum quiddam et risibile inde veniebat: mox enim cum voluisset aliquis propriam movere item: repente qui ex diverso convenierat, apud alium judicem trahebat eum, apud quem ipse sortitus fuerat judicem: et alterutros protrahentes, immortaliter permanerunt litigantes. — § 1. Sancimus⁴ igitur si quis obnoxium arbitratur habere cum qui contra se conventionem exposuit, non apud alium judicem, sed apud eum mox a principio convenire: et eundem esse judicem in utroque negotio. Si vero forsan displicuerit apud quem item sortitus est judex, licet ei etiam hoc emendare, viginti⁵ enim dierum inducias dantibus nobis post libelli transmissionem, postquam oportet item contestari: licet intra predictam suspensionem refutare quidem illum: alium vero mereri, apud quem iterum similiiter utramque exerceri competit item: et ejusmodi ar-

⁵. Fac. L. 54, D. de reb. creditis. — ⁶. Fac. L. 11, C. de annos et trib. — ⁷. Add. L. 15, D. de offic. præsid. — ⁸. L. 10, D. de offic. procens. — ⁹. L. un. D. de judicis. — ¹⁰. L. 14, C. de sentent. et interlocut. — ¹¹. N. 55, c. 5, § 1. Tr. IX. — ¹². Add. N. Leon. 20. — ¹³. Authent. Equisitas, C. de pacis contentis. — ¹⁴. L. 2, D. de quib. reb. ad eund. judic. — ¹⁵. Aut. Et consequenter, C. de sentent. et interlocut.

tes in nullo fieri, sed uniuersumque proprio jure uti. Si itaque tacuerit, deinde postea voluerit causam apud alium judicem movere: necessitatem eum habere sustinere terminum ejus illate sibi ab eo qui eum in judicium traxit: et dum finem lis acceperit, tunc eum suam causam apud alium judicem proponere: ut ita tales eorum auferamus artes, et in alterius calumnias.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuque tradere festinet. — Dat. kal. nov. CP., imp. DN. JUSTIN. P. P. Aug. anno 13, APPIONE V. C. CONSULE.

TIT. VIII.

DE AEQUALITATE¹ DOTIS, ET PROPTER NUPTIAS DONATIONIS: ET AUGMENTO DOTIS, ET ANTE NUPTIAS DONATIONIS: ET DE PRIVILEGIO DOTIS, QUIA ALIIS PRÆPONETUR PRIVILEGIIS: ET UT EXCIPIANTUR HOC PRIVILEGIO CREDITORES IN EMMPTIONE MILITIAE: ET DE DOTE REMEANTE AD PATREM, ET RURSUS DATA PRO EADEM FILIO SECUNDO VIRO: ET DE DOTIS COLATIONE, INOPÉ MARITO MORIENTE.

NOVELLA CONSTIT. XCVII.

Imperator JUSTINIANUS AUGUSTUS Joanni gloriosiss. per Orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli ordinario et patricio.

PRÆFATIO.

Quoniam plurimas in legibus questiones videmus et circa primas nostras nativitates, (id est nuptias, et filiorum procreations) motas, et circa novissima, quale est aliud voluntatum et testamentorum: cogitatio facta est nobis nuper perscrutari et agnoscere, quid volens nobis antiqua lex super dotis instrumentis, mensuram quidem pactum nuptiarum inter alteratos aquam et masculos et feminas vult, et aequalitatem pensat eorum, qui ad invicem copulantur: non alii quidem medium forte dat stipulari partem, alteri vero tertiam, aut quartam: sed ex medio trahens, aequaliter utrinque exigit fieri pactum, aut medium, dicimus, in utroque constituens, aut tertiam, aut quartam, aut quantamcumque contrahentes voluerint: hoc autem non multo prius quesivit, ut et ipsorum quæ dantur, aquæ sint mensurae: sed alii quidem permisit in mille forsan, aut in duobus millibus aureis facere rationem, aut in quantuncumque voluerint: alii autem non [in] tantum, sed in minus: ut aequalitas in verbis solis, et literis puris, sed non in rebus ipsis quereretur.

CAP. I. De exequatione dotis et propter nuptias donationis.

Hoc² igitur ante alia universa corrigimus⁵, aequalia in dotibus esse et propter nuptias donationibus, et ea qua offeruntur, et ea qua in stipulationem deducuntur pacta, et tantum quidem quantitate conscribere virum, quantam et mulierem: tantum quoque lucrum stipulari, et ex tanta parte, ex quanta voluerit, aequalis tamen mensura. Non enim aliter justitiae et aequalitatis servabitur ratio, si negotiative alterutros circumveniant⁶, et videantur quidem aquas facere stipulations, pro verò autem inaequalis maneat effectus, non prius quantitate datorum eadem consistente. Irrideri videatur undique lex, si ille quidem conscribat duo milia aureos: mulier autem sex milia foris in dotum offerat: et stipulentur alterutros quartam conscripte in lucro percipere, proinde illo eveniente lucro, illa quidem nihil aliud lucrabitur, nisi quingentos aureos ex quarta: ille autem quingentos et mille ex eadē quarta: et tantum in anigmate multo videbitur quarta unius alterius quarta minor: ex suspecta namque vel aequalitate, quanta inaequalitas ex hoc ipso procedit. Quæ igitur prius exposita sunt dotalia, secundum quem constituta sunt modum habeantur: quod enim factum⁷ est, infectum manere impossibile est. De cetero autem, in omni datione sancimus aquas quidem esse obligationes: ipsos autem mediocria lucra pacisci: ut per omnia justitiae equitatem honoremus. Si enim aliquis amplius alio dives est, licet ei per alium modum, legitimam tamen et agitum nostris legibus, clementiam præbere alii: non per inaequalitatem redigens ad aequalitatem, lucrum

⁵. N. 125, c. 21: L. 22, D. de judicis. — ⁶. N. 55, c. 5, § 1. Tr. IX. — ⁷. Add. N. Leon. 20. — ⁸. Authent. Equisitas, C. de pacis contentis. — ⁹. L. 2, D. de quib. reb. ad eund. judic. — ¹⁰. Aut. Et consequenter, C. de sentent. et interlocut.

majus alteri acquirere: et hæc quidem de hoc lex ita quadammodo habeat, suam justitiam universis ostendens.

CAP. II. De augmento dotis et donationis propter nuptias.

Aliud⁸ quoque quod circa nuptiales oblationes sit, inspeximus atque consideravimus: dicimus autem de augmento. Quia etiam et ab ante nos legislatoribus⁹, et a nobis ipsis, de augmentis dictum est: plurima autem a nobis et non facile enumeranda, etiam in his super antiquitate philosophata sunt, adinventas ab aliquibus circumscriptiones perientes, et puram justitiam servari volentes, etiam illud corrigimus. Privilegium enim dedimus dotibus, ut contra¹⁰ antiquiores hypothecas habeant honorabiliora jura, utpote dum contrahentes cum viris eorum credant substantiis, et non mulierum: et quæ forte tunc neque competitantur in prius contractarunt. Deditus autem licentiam (hoc videlicet quod antiquitos) et augmenta facere permitentes et viri et mulieri, sive ambo voluerint, sive etiam horum alter celebrare augmentum. Primum quidem illud sancimus, ne aliqua fiat circumspectio: sive augere voluerit dotem aut proprias nuptias donationem, non licet alii quidem facere, alii autem in prioribus manere: sed utrumque¹¹ celebrare omnino augmentum: et non in electione, sicut prius, sed in necessitate causam consistere, omnino tamen quantitate aequali: hoc quod etiam nostri patris dicit constitutio¹⁰. Et ne contingat augmentum non ipsa fieri veritate, sed schematicum, et maxime in parte mulieris, et ne viri credentes circumscribat, privilegio utens: si quidem habuerit utebris immobiles res, melius est in immobileibus fieri oblationem: quatenus sit palam et indubitatum: quod quidem ab initio fuit, quod autem postea additum est. Si autem non utrinque immobiles res fuerint: mulier omnino per immobiles res celebrare augmentum, ut et dos et augmentum similiherat habeat adversus antiquiores credentes privilegium, undique indubitato augmento existente: vir autem in rebus immobilebus facia augmentum: nulla enim hinc orietur lesio: si autem mulier immobilem habens rerum substantiam, in rebus immobilebus scribat augmentum: sciat privilegium non habituram, nisi in antiqua sola dote, non in figurato existente augmento. Quod enim ab initio factum est, in tota sine suspicio est: quod autem postea machinatum est contra credentes, hoc ipso introducit meditationem: et laeti homines ex dato a nobis dotibus privilegio, nullo volumus modo. Si vero non fuerit debitum contra virum ullum, neque suspicio contra credentes circumventionis, tunc et pecunias, et ut volunt, augmentum fiat ab eis: utrique tandem augmento sic faciendo, et aequalitatem habente, ut aequaliter servemus. Quæ enim erit circumventionis suspicio, viro obligato nulli existente, et praeterea augmentis sine tergiversatione factis?

CAP. III. De privilegio dotis, et creditorum ex causa militiae emptione.

His¹² consequens est illud decernere, quod in casibus hujusmodi dubitatum est. Novimus et antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas preponere¹³ juniores existentes, ex privilegiis a legibus datis: quale est quando aliquis propriis pecunias procuraverit navem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forsan adificare, aut etiam emi agrum, aut aliquid horum: in his enim omnibus priores existunt posteriores credentes, quorum pecunias empta aut renovata res est, iis qui etiam multo antiquiores sunt. Quæsitum est igitur, si mulier prætendens privilegium super antiqua dote, et augmentum, in quo etiam hoc servatur privilegium, (sicuti predictum est) prioribus voluerit preponi creditoribus: veniat autem et alter creditor posterior quidem, prætendens autem pecunias suis emptam aut reparatam navem, aut domum, aut agrum, aut competere, cum in his rebus quæ eius pecunias empta aut reparata sunt, habere predictum privilegium: utrum oporteat dotem etiam talibus preponi: in aliis quidem prævalere creditoribus, quicunque non talia prætendunt: his autem cedere, quoniam ex eorum substantia res acquista est. Plurimum igitur super his cogitantes, non inventimus mulierem justi existentem cedere aliqui tali privilegio. Videamus enim (que cause absurditas est) quia aliquis quidem forniciatibus mulieribus ex proprio corpore advenit questus, et vivunt ex hoc questu: adversantes autem, et quæ semetipsas atque substantiam ad virum introducant, non solum nullus sit questus a viris male degentibus, sed etiam minuantur, et spes eis nulla sit. Volumus igitur secundum hoc, ut si quis domum renovasset, aut etiam agrum emisset, non possit talia privilegia mulieribus opponere; infirmitatem namque muliebris nature satis novimus, et quia facile circumventiones fiunt adversus eas; minui autem eis dotem nullo sinimus modo; sufficit enim quod a lucris cadunt, si priora antenuptialis dona-

CAP. VI. De collatione¹⁴ dotis inope moriente marito.

Illud¹⁵ quoque sancimus necessarium existimavimus, in plurimis videbimus et innumeris rebus quæsitum: obtulit enim pater dotem, aut forte mater pro filia sua: hanc autem illa obtulit marito: et defunctus est vir inops, deinde patre et matre mortuis, exiguitur quæ nupsit, conferre suam dotem, aut minus¹⁶ tanto accipere. Si quidem vir idoneus est: causa undique absoluta est. Si vero nullius alterius domina constistit illa, nisi actionum quæ contra maritum sunt, at illæ minus idoneæ sunt: et obiciat mulieri: quod jam dat sit dos pro ea: illa vero actionem conferat, nullum habentem penitus effectum legis: causa nobis digna putata est. Et novimus quidem jam in plurimis judicis duritiam postea sic judicatam, et mulierem coactam conferre dotem: aut certe reputare pro se datum, ex qua nullum ei omnino contigit effectum in ipsis rebus recipere. Nos autem ex aliis nostris legibus juvamus causam. Quia enim de-

¹². Authent. Sed iam necesse: Authent. Numen inhibetur, C. de donationib. ante nupt. — ¹³. L. 19, C. d. t. 8, L. ult. C. qui poteres in pign. — ¹⁴. Abrog. d. L. 19, C. de donat. ante nupt. — ¹⁵. L. 19, c. 6. — ¹⁶. Authent. Donationem, C. de jure dotum, Authent. Quod locum, C. de collationib. — ¹⁷. L. 5, C. d. t. de collationib.

61*

dimus²⁰ mulieribus electionem etiam constante matrimonio, si male res maritus gubernet, et accipere eas, et gubernare, et secundum decentem modum, et sicuti nostra constitutio²¹ dicit: si quidem sue potestatis, et perfectæ etatis mulier est, sibimet culpam inferat, cur mox viro inchoante male substantia uti non percipit, et non auxiliata est sibi: (sic enim habitura erat in collationis ratione proprias res undique, et sine deminutione, et in ea minus tanto collatione facere.) — § 1. Sin autem sub potestate est, et sine patris voluntate hoc agere non poterat, si quidem adiens patrem hoc dixit, et contestata est ut consentiret ei, et res percipere etiam constante adhuc matrimonio, et secundis temporibus eas servare, et hoc egit pater, etiam rursus hic integra habebit sua jura, rebus ei suis servatis: cum etiam antenuptialis donationis res vindicare etiam constante matrimonio dederimus ei, et posteriori periculo omni liberari. Sin autem illa quidem hæc contestata est patrem, ille autem, neque movit, neque consensit, et neque dedit licentiam filiae hoc agere, non eam periculum pati, sed et conferriri nudam actionem contra inopis mariti res, et fortunam esse communem, et ipsi, et ejus fratribus: non tam ex collatione damnificari: sed competenter ei partem dari ex paternis rebus: actionem illa quidem conferente: ab omnibus autem movendam fratribus, et hoc proficiendo universis ipsis, quod fortunæ eventus dederit. Sed si quidem pater in talibus casibus obtulerit dotem, et de ejus substantia sperari futura est collatio, hoc valere. Si vero major forte oblatio fuerit, et collatio circa illam vertitur spem²² ex patris inobedientia neque movere volentis, neque permittentes ei movere: tunc etiam per semetipsam filiam movere, et non habere occasionem, eo quod non potuerit movere, et sibimet auxiliari, et futura lesionis ex inopia viri adimere metum. Et novimus Ulpianum²³ sapientissimum talia quesuisse: et inope viro comperto, juvise mulierem, et in quantum vir idoneus est collationem ei fieri voluisse. — § 2. Sed quoniam in multitudine legum existentium antequam eas constitueremus, et ad conspicuum perducere mus ordinem, plurima et necessaria ignorabantur: et decreta quæ contraria vellent, a judicibus posita sunt: ne ulla seductio circa hoc fiat, propterea necessarium putavimus: prouide etiam in medio nostræ positæ constitutionis²⁴, que etiam constantibus matrimonii mulieri auxiliatur, ad meliorem et magis consequentem viam venientes præsentem ponere legem. Ut autem non per partes enumeremus personas, in quibus valere eam oportet, generali sermone decernimus. Quapropter in quibus est collationis ratio, in his et constitutionem valere, sive pater, sive avus, sive mater, sive avia, aut ascendenter aliqua sit persona.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram insinuata sunt legem, tua celsitudo per programmata propria, manifesta facere universis solenneri procuret, et in perpetuum servare festinet. — Dat. 15 kal. decemb. CP., DN. JUSTIN. P. P. Aug. anno XIII, ARIONE V. C. Cors.

TIT. X.

NEQUE VIRUM QUOD EX DOTE EST, NEQUE MULIEREM EX SPONSALITIA LARGITATE LUCRUM PROPRIMUM HABERE: SED SERVARE DOMINIUM SUIS FILIIS, VEL SI AD SECUNDAS NUPTIAS NON VENIANT, USU SOLO IN LUCRO CONSISTENTE: ET UT EX REPUDIO TRANSIGENTES NUPTIAS, LUCRANTES AUT DOTEM, AUT ANTE NUPTIAS DONATIONEM, ET IPSIS SIMILITER DOMINIUM SERVENT FILIIS: USUM HABENTE PERSONA COGENDA FILIOS ALERE; SI VERO BONA GRATIA SOLVANTUR NUPTIAE: ET VIDEANTUR OCCASIONE DAMNI DETINERI QUÆDETAM: ET HAC ARTE PERIMENDA QUÆDETINENTUR, ET FILIIS SERVENTUR.

NOVELLA CONSTIT. XCVIII.

Imp. JUSTIN. Aug. Joanni glorioiss. sacrorum Orientalium prætoriorum præfectori, iterum exconsuli ordinario, et patricio.

PRÆFATIO.

Ea quidem quæ semper idem se habent, legibus non genti variis, simplicitatem, et quod sine ullius diversitatis mixtura est, continue pos-

²⁰ L. 29. L. 30, in fin. C. de jure dot. ad L. 24, D. soluto matrimonio. — ²¹ d. L. 23; L. 50, in fin. — ²² L. 1. § 21. I. de collatione. — ²³ L. 1. § 6, D. de dot. collat. — ²⁴ d. L. 39, C. de jure dotum.

sidentia, et utentia legibus sempiternis ac sacris nulla correctione ingeruntur. Quod autem secundum nos est in redundancy comprehensum tumultu, gubernativa indiget sapientia, ex legibus superveniente negotiis. Unde quoniam nos neque ad iudicia segnes, multis interpellantium causis, singulis quidem medemur: comprehendentes autem unamquamque questionem dubitatum a nobis et iudicibus nostris, per legislationem quæ oporteat agi, generaliter in unaquaque questione exponimus. Itaque illud ante omnia visum quidem est forsitan esse priscis legislatoribus non sine quadam divisione: nolis autem putatum est bene se habere temperata lege ad simplicitatem causam transponere, et nunc inchoante, et nihil perscrutante horum quo prius terminata sunt: quoniam et nolis ipsi pridem non displicentibus de hoc ipso legibus, visa sunt meliora secunda. Nupcialibus namque lucris si quidem aliquis conjunctorum servaverit pudicitiam manentibus apud ipsos valide, et eorum substantiis infixis: si vero veniat ad alterius personæ conjunctionem ex prioribus nuptiis filii servandis, simplici quadam et meliori lege duplicitate placuit interimere. Si enim secundis mixta nuptiis mulier, aut etiam vir forte ad secundam respiciens conjugem: qua ex morte lucrata sunt aut etiam ex repudio forte servat filii, (cum utique forsitan et alii erunt eis filii ex nuptiis sequentibus) quomodo justum est eos, qui in solis filiis legitimis moriuntur, non servare eius lucra ex mortuis eorum parentibus, sed alii ea transmittere? Scilicet quid erit pretiosius filii parentibus non ingratius?

CAP. I. Ut proprietas dotis et propriei nuptias donationis servetur filii.

Propterea¹ igitur sancimus, si mulier moriatur, et eveniat lucrum fieri viro, dotem hanc omnino servare² filii, sive ad secundas veniat nuptias, sive etiam non. Et ex diverso si mortuus fuerit vir, mulierem antenuptialis donationis lucra propriis filiis servare: usum quidem lucrorum ex nuptiis apud eos constitutum, proprietatem vero eorum filiis omnino servandam: his quæ super parentibus ad secundas venientibus nuptias sancta sunt, in suo ordine servandis: et hoc valere, matrimonii quoquem modo solutis, ab hodierna die, et in omne quod sequitur: et si matrimonii quæ jam soluta sunt quidem sive morte, sive qualibet alio modo, adhuc autem pendente, eo quod unus superstes sit. Nam si ambo defuncti sint, hoc heredibus non damus: sed tanquam semel terminatum, veteribus relinquimus legibus: illud certum est, quia dum semel fuerit filiorum, et proprietatem lex defens eis præsterit: tunc in successionibus et alii accessionibus, ita et in his erit, sicut et in prioribus sancitum est filii, qui propter secundas nuptias parentum, lucrum aliquod ex legibus sunt.

Cap. II. Ut repudio vel bona gratia soluto matrimonio, id quod alterius personæ cautum est, filio suo conservet, et de alendis liberis a parentibus.

Illi quoque ex quadam causa denunciatum nobis ad legislationem deducere existimavimus oportere. Quia enim transegerunt quidem inter alteretros et vir et uxoris, filios autem qui eis erant ex matrimonio, despererunt eos ambo, et circumstant mendicantes: propterea iudicavimus vehementiori quidem forte, sed convertenti ad melius se habens, uti leg: ut timore scilicet penarum quiescant, aut lucrorum causa iustorum matrimonia dilacerare, aut etiam proprios negligere filios. — § 1. Si enim omnino aut per transactionem, aut per modum alium separetur matrimonium: si quidem non sunt filii, manent priora in suo ordine. Si vero filii existentibus fiat hoc: et neque filios erubescentes, dent tamen occasionem sponte et transactionis, et per consensus factæ, aut etiam invitæ, forsitan peccante viro, aut committente digna emissione antenuptialis donationis, aut muliere digna casu dotis: neque vir dotem lucretur, neque mulier antenuptiale donationem: sed repente casu procedente aut dotis, aut antenuptialis donationis, proprietatis lucrum mox ad communes veniat filios, et eorum fiat: usum apud transigentes manente: cogendo tamen eo qui usum lucretur, filios ex eo matrimonio et alere³, et alia omnia ministrare eis secundum luctrate substantia mensuram. — § 2. Novimus autem aliquid etiam tale factum, et quia bona gratia viso dissolvi matrimonio, et recedere quidem antenuptiale donationem ad eum qui conscripsit, dotem vero ad eam quæ obtulit: tamen occasione quasi danni, et aliarum causarum, autri quantitas non mediocris utriusque data est, parti, ut non videatur hoc nuptiale lucrum, neque servaret filii secundum de hoc leges: sed extrinsecus accedens, quasi ex alia causa lucrum fieret ejus qui accipere hoc egit. Ideoque ex hac arte factam curantes lesionem, sancimus, ut vel si quid tale fiat, et adveniat alteri aliquod lucrum: et hoc similiter servari filii: proprietate

¹ L. 29. L. 30, in fin. C. de jure dot. ad L. 24, D. soluto matrimonio. — ² L. 23; L. 50, in fin. — ³ L. 1. § 21. I. de collatione. — ⁴ Abrog. N. 22, c. 20, § 1; L. 5, in fin.; L. 6, in fin.; L. 8, § 2 et seqq. C. de secund. nupt.; vide tamen N. 127, c. 5. — ⁵ N. 127, c. 2.

quidem mox veniente ad eos, usu vero solo apud lucrarem constituto. Sic abstinebunt omni vitio, sic omni desiderio irrationali: sic nec invitati, nec sponte, suis nocebunt filiis: sed erunt temperati, maxime quidem circa suam castitatem: deinde etiam circa matrimonii affectum, quem competens est habere eos qui senecte conjuncti sunt alterutris. Res enim est et castitate plena, et bonis moribus congrua, et paterno, maternoque affectu plena, ut quid eius parentes sponte non servant, hoc post Deum (qui est communis omnibus pater, dicimus autem qui imperium habet) per legem iis, qui a parentibus laeti sunt, servet: ut hic quoque ea quæ de lucris et successionibus pridem disposita sunt, teneant: nihil enim eorum innovamus, praeter illa sola quæ expressim in hac lege conscripimus.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem tua celsitudo operi effectuque tradere festinet. — Dat. 15 kal. Jan. Constantinop., imp. DN. JUSTINIAN. P. P. Aug. anno 12, Just. V. C. Cors.

TIT. XI.

DE REIS⁴ PROMITTENDI.

NOVELLA CONSTIT. XCIX.

Imperator JUSTINIANUS AUGUSTUS Joanni glorioiss. per Orientem prætoriorum præfectori, iterum exconsuli ordinario, et patricio.

PRÆFATIO.

Novimus pridem ponentes legem⁵ de electione mandatorum, et fidejussionum, et sponsorum, multas habentem et in commune utilies nostris subjectis legislationes. In præsenti vero et aliud nobis visum est egere quadam explanatione et incremento, non ex genere, neque usu imperfecto et inutili consistente.

CAP. I.

Si quis⁶ enim alterna fidejussione obligatus sumat aliquos: si quidem non adiungit oportere et unum horum in solidum teneri: omnes ex æquo conventionem sustinere. Si vero aliquid etiam tale adjiciatur, servari quidem pactum: non⁷ tamen mox ab initio unquamque in solidum exig: sed interim secundum partem quæ unusquisque obligatus est: cedere autem eum è contra reliquos actionem, si et idonei sunt, et in eodem loco, et si hoc ita se habere videatur: si quidem idonei sunt, et presentes inveniantur, illos periclitari complere, (singulos in propria⁸ parte) quod sub alterna promissione creditum est, aut ex quo omnino obligatus sunt, et non communem debitum, proprium cuiuspiam fieri onus. Si vero minus idonei se habere reliqua videantur, sive quidam: sive in partem, sive in solidum, sive absentes forte: in illud tenere, quod accipere ab aliis non potuit. Sic enim et illis servabuntur passionis modus, et nullum sustinebit damnum actor, licet aliquid inter se illi pepigerit ignorantis isto qui eos obligatos⁹: et unusquisque tenebitur in id quod ab initio scripsit, artibus aut dolis, aut transactionibus prævaricari que constituta sunt, non sinendus. — § 1. Sin autem in iisdem commonetur utriusque aut omnes locis: sancimus negotii iudicem deducere illos mox, et communiter examinare negotium, communiter autem inferre sententiam. Sic enim et rei omnes obligabuntur: et substantia eorum qualitas examinabitur: et debitus similiter quidem secundum justitiam, similiter autem secundum legum ordinem procedet. — § 2. Si autem non administrator sit causa iudex, sed alter aliquis, damus licentiam aut hic competenti iudici interpellationem suscipienti, aut in provinciis, his denunciatis clarissimo præsidi, aut competenti iudici cogere per suum officium et illos interesse lit, et partem ejus fieri: ut nullum impedimentum huic nostræ legi fiat; his omnibus incipientibus in contractibus sequentis temporis, et ab his legis dispositione: quod autem ante eam præterit, positus pro his relinquimus legibus.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem, tua quoque celsitudo operi effectuque contradere festinet. — Dat. 15 kal. Jan. CP., Dom. JUSTIN. P. P. August. anno 13, ARIONE V. C. Cors.

COLLATIO OCTAVA.

TIT. I.

DE¹ TEMPORE NON SOLUTÆ PECUNIÆ SUPER DOTE².

NOVELLA CONSTIT. C.

Imperator JUSTINIANUS AUGUSTUS Joanni glorioiss. per Orientem prætoriorum præfectori, iterum exconsuli ordinario, et patricio.

PRÆFATIO.

Omnis pecunia non numerata replicationes subjectas in aliquibus causis non examinatas nostræ reliquerunt leges: sed prolixitatem earum et effusionem abbreviavimus, ne sua negligenti aut calliditate forsan negotiis fruantur homines, et causas prebeant alii: non enim sub æqualitate semper probations erunt eas exhibere volentibus: multa quoque tempus refutat. Quapropter benefacientes abbreviavimus in quibusdam causis pecunia non numerata querelas, quæ licet ex iis quæ a nobis jam sancta sunt, colligere. Quia enim omne tempus matrimonii dabatur viris, donec matrimonium constaret, queri de non data dote: interpositio quoque major facta est etiam post mortem virorum, ut et post repudium intra annum daretur querela: ideo existimavimus brevi et compendiosa lege velocem facere et pecunia non numerata super dote querelam, et liberare a probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

CAP. I. De dote non numerata.

Si ergo annis duabus solummodo habeat aliquis uxorem, aut etiam his temporibus minus, et non accipiat dote: nihil ex taciturnitate vir lædatur: neque heredes viri, licet tacuerit ille, sed intra³ annum alium querela moveatur: brevitas enim matrimonii ad hanc nos legislationem vocat. Si vero majus biennio tempus, minus autem decennium matrimonium protendatur: damus marito queri, et dicere non illatum sibi dote aut in parte aut in solidum: et si hoc fecerit transmittere querelam, semel marito querente, et muliere quidem dicit non probante. Si autem neque intra decennium queratur, taciturnitate mariti auferimus querelam; neque ei post decennium hoc agere sinemus, nec annum dantes ulterius heredibus ejus; sitque in hoc non nostra adversus aliquos pena, sed libertatis subiectorum diligencia. Ubi enim licet in prolixi se tempore (decenni dicitur) proponere querelam: si tacere elegerit, palam est voluisse, vel si non accepte dote, omnino eum, aut suos reddere heredes: his valentibus et si repudio solvi contingat matrimonium: in nullo discernentibus nobis, sive mulier tanquam dote offerens conscribat, sive pater, sive alter quispiam pro ea: tempore in omni casu tali, sicuti prædictum, extende suo effectus, et dante vel perimere querelam. Contestationem⁴ vero dicimus non in sermonibus solum: (sepe enim indignationis, aut alterius incidentis occasio, talia quadam virum præparat dicere: aut etiam ille quidem dixit nihil, testes autem redempti hoc mentiuntur) sed oportet contestationem⁵ in literis esse. Si autem etiam in iudicio eam aliquis forte faceret voluerit, oportet omnino innoscere mulieri, aut ei qui dote omnino offerre conscripsit; nam nihil est quod prohibeat maritum in semetipsum hoc agere, et queri, et quasi partem quidem mulieris quod agitur, ignorare: providentiam vero sui etiam ponere nullo valere modo: et quia vel ab eo querela facta est, nescire.

CAP. II.

Generaliter⁶ igitur dicendum est, intra biennium quidem matrimonio soluto sive morte, sive repudio, et ipsi marito, de non numerata pecunia licere queri et heredes ejus intra alium annum. Si vero ultra biennium usque ad decem annos matrimonium extendatur, marito damus querelam et heredi ejus intra menses tres. Si vero transcurrit decennium: tunc neque marito, neque heredibus ejus querela erit, tempore ad omnia sufficiente mulieri. Et si quidem intra etiam maritus sit, et non queratur: tantum ad integrum restituendum ei damus tempus, ut non transcendat duodecim annos a tempore nuptiarum. Novimus enim eos qui vehementer cœtrahunt nuptias, non⁷ minus quindecim annorum ad

¹ Titr. XI. — 1. Lib. 3, Inst. 17; Lib. 45, E. 2; Lib. 8, c. 40. — 2. N. 4. — 3. Authent. Hoc. C. de dueb. reis. — 4. L. 11, in fin. D. d. t. — 5. L. 26, L. 28, D. L. 10, § 1, C. de fidejussionib. abrog. L. 47, in fin. D. locati; L. 2, L. 3, § 1, D. L. 2, L. 3, C. de dueb. reis. — 6. Authent. Hoc autem, C. de non numerata pecun. — 5. L. 14, § 2 u. C. d. t. — 6. Authent. Si minor, C. de temp. in integr. restitut. Authent. Quod locum, C. de dote cœta non numer. — 7. N. L. ult. C. de constituta pecun.; L. 26, D. § 4, Inst. de fidejussionib.